

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 35. b) indossata.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

potest, protestationem ibi non esse necessariam, in quo quidem plurimos habemus doctores consentientes, *) et multas etiam leges suffragantes **). Ratio aperta est; actio enim contra scribentem ex propria confessione instituitur, nec ullum factum tertii, de quo dubitemus, accedit. Exigunt quidem etiam hic acceptationem et protestationem ordinationes quaedam cambiales; ***) sed mere arbitrarium id esse nec certa ratione tanquam fundamento niti videtur,

§. 35.

b) *indossata.*

Non eadem rei ratio per omnia existit, si cambii proprii indossati acceptationem et solutionem exigit creditor indossatarius. Etenim si contra debitorem indossatum agere velit, similiter quidem ex propria eius confessione agendum est. Plerumque vero regressu utitur ad indossantem; atque tum de facto omisso debitoris indossati, qui quidem in processu cum indossante tertius est, probationem plenam et liquidam asserat necesse est. Jus indossatarii enim contra indossantem non nisi conditio-

*) e. g. GMELIN, l. c. §. 138 etc. HEINECCIUM in elem. jur. camb. cap. 2, §. 4. LUDOVICI, in *Einl. z. Wechselpr.* cap. 5. §. 12.

***) e. g. *Poln. Wechselv.* v. 1775. §. 2. n. 1, in UHL. cont. IV. pag. 4. aliasque.

****) citatae in GMELIN, l. c. §. 141. (quibus addi potest BRESLAUISCH. *W. O.* art. 15.) Rationes vero a perill. GMELINIO ad justificandas has leges allatae meram principii petitionem continent.

